Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lis factione concordant · omnia passim & concordie iura
turbabant · Tunc regem lotharienses ubi tunc rebellionis
summa gerebat. adeunte giselbertus cum fratre regis transi-
tum reni regi prohibere uolens nec ualens · iuxta biertanam
cum socius regis congredit. eo q; victoria prestante · pluribus
suorum occisis · alius q; fugatus · ipse & fr regis fuge subsidia
petunt. Quos rex insequens usq; ad caprimontem pueni.
castellum q; in eo situm firma undiq; obsidione circumdedit.
Interim ludewicus rex galliae romanae filius karoli consilio
inimicorum regis sub obtentu requirendi lotharienses regni
quod pater suus prediderat alsaciam inuasit. ubi quecq; poterat
plus hostiliter quam regalitter gessit · Quod rex otto patienter
non ferens capri monte obsidione absolutum. & alsaciam peti
ludewicum regem expulit · Quo expulso brisacam castellum mu-
nitissimum obsedit. ubi quam plura utrimq; forcia & belli-
ca gesta sint futura posterorum successio non ignorabit · Unde
fridericus archiepiscopus mogonciensis · & ruthardus episcopus stras-
burgensis fixis in obsidione tentoriis & relictis copiarum quas
detulerant sarcinis nocte clam aufugierunt. & metensem
urbem adeuntes gesilbto & henrico se occursurus ut o-
rauerant · speuerunt · si; longe aliter eis contigit. quin eorum spes
manifestissima delusit · nam giselbertus & eberhardus iuxta alter-
nacum castellum cum suis renum transituri ab udone & cun-
rado comitibus ceteris q; regis fidelibus ne transeant · bellicis
congressione citoq; mortis compendio preuenti · Nam eberhar
dus occiditur & giselbertus in reno submersus necatur. plurimiq;
ex illorum socis occisi · reliqui uero sunt fugati aut capti. Quo audi-
to brisacenses castellani regie dominationi subduntur. &
castellum obsidione absoluitur · Deinceps rex lotharienses
adiens. omnes suo subiugauit imperio · si; & fratrem suum precis